

מַמְנוֹ ex **מִן** & **ו** componitur, quasi *ira judicij sui*. Placet R. D. *Kimchi*, cui **מִפְרָן** vel **מִפְרָנָא** idem est quod **מִפְרָמוֹן** & **מִפְרָנוֹ** quod **מִפְרָמוֹנוֹ** *Regia seu palatium ejus*. *Jonathan Chaldaeus* eodem utitur *Jer. XLIII. 10.* **מִפְרָנִיהָ** loco **מִפְרָנוֹ** *tabernaculi sui, vel throni Regalis*. adeò ut frustra de loco *Apadano* nonnulli Interpretum somniant, quos perstringit *Nicolaus Fullerus*. Occasionem errori dedisse reor **מִפְרָן אַרְם** *Syriam*, quæ nomen hoc in sacris sortita est **שְׁשֵׁנֵי אַרְם הָיוּ אַרְם** *quod duplex fuerit, zoba & Mesopotamia*, secundùm *R Salomonẽ*, cui **מִפְרָן** idem est quod **מִפְרָן** *par, jugũ, copula*. *Erexit v. Imperator Turcic9 palatium suũ inter maria, ut vulgò additur, duo, Constantinopoli ad montem sanctum, Ecclesiam, quæ Christo ibidem colligebatur. Esa. LII. 7. Rom. X. 15. Nab. I. ult.* Hæc eò magis mihi placent, quod videam *Theologis* amissitatis eandem conjecturam arrisisse in *Paraphrasi Bibliorum noviter apparata* auspiciis *Serenissimi Saxonie Ducis ac Dn. Dni ERNESTI, Herois incomparabilis, Domini nostri clementissimi*. quò tanquam *Palladiò* nos tuemur. Atque hic meta *Antichristo Orientali* præfigitur, quæ supra *Occidentali*. v. XXXVI. prædicta quoque *Ezech. XXXIIX. & XXXIX. Apoc. XX. 9.* sub nomine *Gog & Magog*, h. e. *Nomadum seu scenitarum*, eò quod *Turcæ* sunt originitus *Scythæ*. hinc aliqua ante mundi interitum clades *Ecclesie* ab illis metuenda videtur.

§. 39. An verò *Cunradi Graseri* sententia, quæ per *Regem Aquilonarem Pontificem Romanum* intelligit, majori, aut saltem pari, se commendat probabilitate, penes alios esto iudicium. Summa huc redit: *Expeditiones in terram sanctam, Palestinam*, superioribus seculis *Paparum instinctu susceptas*, à commate 40 intelligit, quæ infinitis expensis constiterunt. quandoquidem *Pontifices* ad tyrannidis suæ amplificationem iis sunt abusi. quicquid sit de intentione optimorum *Heroum*, qui *Orientem* sanguine suo largiter profusò purpurarunt. Sanè ab exercitu illo memorabili peragrata fuit *Asia minor, Syria; Antiochia & Hierosolyma* captæ. sed jam pridem derelictæ. regnò *Hierosolymitanò* vix XC. annos durante. Illis verò. Oris
 ex-

ex. B. 738, 37 m